



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.13. Voluerunt parentes illi, Christi parentelam ad suum trahere emolumentum: frequens est hoc in mundo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

VIII. Quid significet quod Christo baptizato aperti sūt cœli. 2. Cor. 4. 14.

à Deo tibi per eius misericordiam concedi, ut sis filius illius per gratiam & idcirco tibi cœlos aperti, quatenus eò vestra tendant cogitationes, eò vestra dirigantur curæ, eò vestra aspiciant pretensiones, quo tibi cœli pateant hinc excedenti. Quam bene nos monuit de hoc apostolus: dum ait: *Quod momentaneum & leue est tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis: non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur: quæ enim videntur temporalia sunt, quæ non videntur æterna sunt.* Quæ igitur ratione anima, quæ ætæra est, contenta erit in rebus, quæ vœto mobilitate euascent; Spiritus qui semper victurus est qua ratione credet sibi satisfactum eò quod cras inteteris in magna quiete, præclara seclæmini & inhiate sempiternis.

§. 13. Voluerunt parentes illi Christi parentelam ad suum trahere emolumentum: frequens est hoc in mundo.

I. Dilectissima fratrem Christi,

Transi hinc, & vade in Iudæam &c. mihi persuadeo, quod afflicto illi Christi dubio hæret: quamvis enim in eum non crederent, notabant tamen præclara esse quæ de miraculis illius toto clamante mundo prædicabantur, & in eo quidem iudicio in binitio stabant in certis laboribus ut ascendat in Hierusalem, quæ est Metropolis & regni nostri caput: vel vera sunt vel falsa, quæ de cognato nostro sparguntur. Si vera sunt, & tendat in Hierusalem, magnificabitur & passim honorabitur nosque omnes cunctis hominibus faciet esse feliciores. Si falsa sunt, & ipse impostor sit, ibidem sapientes nostri & Doctores inquirent, eumque punient, nos autem erimus indemonstrati: est hæc improborum eonditio, de quibus sic Dauid: *in circuitu impij ambulat.* Cum enim à proprio incipiant lucro, in illud etiam eorum terminantur intentiones, ex hoc inflati erant & proprio commodo stimulati mouebantur: illos omnes considero pleno consilio congregatos, hæc inter se conferentes: certo certius dicetur nobis, quod Deus nostram familiam honorare dignatus sit viro præclarissimo, qui si famæ veritas respiciatur, æqualis est Elia, Elimodoin, Isaiæ & Hieremias, quos mundus exultat, ut dignitate primarios: quia luce clarius opera eius omnibus patent obdupenda viro, inquam, tantâ sapientiâ orato, ut nullis præmissis stu-

diis puncta proferat ad eò sublimis Theologia, ut ipso legis Doctores & mundi sapientiores rapiat in admirationem, & concludat ora disputantibus: ex alia parte vir est adeo legnis & impellis animi, ut nec sibi, nec nobis valeat esse præsidio. Ex hac parte sublimis voluit mente cogitationes, atque ex altera notamus illum pusillanimitatem: altero die, quia sibi non poterat esse subsidio, nec vii fortuna, illum in Regem non extulerunt si namque fuisset cum illis qui illum ut talem volebant adiuncto sibi familiarium & amicorum favore multorumque aliorum præsidio, quos sibi denixerat, nec non mille millium qui se illi in Hierosolæ ostendebant esse beneuolos, illum intrare potuisset inoffensus, nec quisquam illi resistisset aut quæstionem mouisset, (a) atque possessionem ciuitatis, ac templi clausque sibi assumpsisset: sed omnia ei de manibus lapsa perierunt, en hominem sibi ipsi inutilem: Miranda hic patrat in deserto prodigia, loquendo & ore gemmas eiciendo, vbi fulgorem suum non explicant: quod si Hierosolymam ascenderet & ex vno, & ex altero fieret eius Dominus: ratio suadet, ut hoc illi suadeamus, & ad iter suscipiendum exhortemur.

Ad hoc, ut opinor, seorsum illi dixerant quod narrat Euangelista: Domine mi, cognate, vel auuncule, vel consobrine quid hic iam bimestri moram trahis vir, qui parem sibi non videretur habere, tot stupendis illustris facinoribus, fama sic narrante verificâ, ut quotidie ea de causa nobis congratulentur: nobis inquam, quibus te norunt esse consanguineum. Ex vna parte videris velle honorem tui nominis afficere, sed ex altera recordem ostendis te esse atque fugitiuum. Iam de manu vtiensilia proiecisti: fabrica & aliam inuisi vitæ rationem, modumque agendi superiorem, si vir esses honoris avidus, alia longè vestis radiaret in te eaque fulgentior: hoc igitur negotio conuenit: ut quando quidem iam Pascha prope sit Scenopexia, ad quod totus in Hierusalem confluit mundus, animi & famas generosus & eò ascendas teque mundo manifestes: *Transi hinc & vade.* Vade famam tibi conquire sempiternam, loca seandè publica, proficiscere Hierosolymam in festo adeo solempni: etenim conflatus est tibi generalis: necdum Iudæorum, sed etiam gentilium: imo de cunctis mundi nationibus, eò aduolant, vnde in momento temporis per orbem vniuersum poterit tua fama gloriæ.

(a) Nihil in huius.

§. 11. 9.

II. Consiliū paternū Christi, honorare dignatus sit viro præclarissimo, qui si famæ veritas respiciatur, æqualis est Elia, Elimodoin, Isaiæ & Hieremias, quos mundus exultat, ut dignitate primarios: quia luce clarius opera eius omnibus patent obdupenda viro, inquam, tantâ sapientiâ orato, ut nullis præmissis stu-

eo sperare possunt honorem sibi & emolumentum: quanta cura student, ut ascendat Hierusalem, non ut illius consulant honori, sed ut inde sibi beneficium aucupentur.

Hic D. Cyrillus credet impletum Hieremize vaticinium: *Et domus Patru tui, etiam ipsi pugnaverunt adversum te. Et clamaverunt post te plena voce; ne credas eis, cum locuti fuerint tibi bona.* Graui te bello fratres tui non testabunt. In quo in eo quod tibi locuturi sunt plena voce, id est adulatorie, palpando eum strepitu, & arrogancia: ne credideris eis, quantumlibet tibi videantur bona loqui, tanquam prospicere commoto. *Cum locuti tibi fuerint bona:* non enim tua querunt, non tuas sectantur utilitates, sed proprio inhiant emolumento quoties replicant illud: *ascende Domine, honori tuo conuenit ascensus ille in Hierusalem,* quo te mundo manifestes, tibi que concilies auctoritatem: *Ne credassis:* proprii namque sunt h. cri & visitatis amatores: sed etenim intentione persuadent illi, ut ascendat Hierusalem, si sinistra res eueherit, ille damnum patietur: si pro voto successerit, nobis cedit emolumento. Hoc erat illi bellum suscitatum: quia realiter eum tradere gestiebant manibus inimicorum, quamuis ex desiderio honoris eius loqui viderentur.

§. 14. Tempus meum nondum aduenit &c. Fratres illi non intellegebant de Christo, quod exaltationem suam in Cruce fundaret, sicut serpens in stipite: Hoc ipsum nos intelligimus.

37
Treat. 28.
in Ioan.
Tom. 9.
1.
Christos
suas
respondeo
eorum
obsecro
atque.

Respondet illis Dominus: *tempus meum nondum aduenit; tempus autem vestrum semper est paratum.* Opinatur D. August. quod Dominus ad duo sibi ab ipsis proposita respondeat. Primum erat, quo conabantur eum inducere, ut ascenderet Hierosolymam, quo fieret illustrior, honorabilior, dignior, & ab omnibus cultu exceptus et inuentori. Secundum quo illum ut recordem notabant, & ad te horum umbras confugiens: ad primum hic verbis respondet: *Tempus meum nondum aduenit.* Tempus suum esse dicit, illud lux glorificationis, honoris, & exaltationis, q. d. (loquit D. Aug.) vos semper estis parati, ut honorem, quietem, & gloriam aucupemini: nec aliud intenditis: ego vero nequaquam recedam a tequam exaltabor, & honorabor, humiliari

debeo, deprimi, & occidi; nondum venit hora mea, quae exaltari debeam ut rex & ut talis adorari. Vos autem semper estis parati, ut honores acceptis vobis occurrentes, & patientibus oculis intromittatis: tempus gloriae, Christi virique Christiani nondum venit decurrenre hoc vita: haec enim laboribus destinatur: nec adueniet nisi praecedat dolores, & aduersitates. Haec namque lectum seruant quieti.

Obscura sunt illa D. Petri Apostoli verba, quae Spiritus S. ipso teste locutus est per prophetas, usque inspiravit, ut Christi passiones praedicerent, & posteriores glorias: *Eas quae in Christo sunt passiones & posteriores glorias.* Quenam sunt illae gloriae posteriores ordinem perpende: passiones & gloriae: haec Christus super omnes erat habiturus, sed ordine quoddam, ut praecederent passiones, & cruciatus gloriae vero subsequerentur: ita et gloriae non aduenirent, nisi passiones praecessissent, potest hoc declarari ex eo quod norat, Tertullianus quem spectare videtur D. Hieron. b. quod Christus fauam mellis comederet, sed non nisi a mortuis iam redimimus, & postquam fel gustasset: *Fauos post mella gustauit.* His apostolus profecquitur: *Diuus Hieron.* ostendens quod tempus minime veniet, quo Christianus fauam gloriae sit comesturus, de quo dicitur: *Hereditas mea super mel & fauam:* nisi postquam gustauerit sella tenuiorum, persecutionum, adue. sitat: nec mirum est, inquit ille: nec enim Sampson fauam gustauit mellis, nisi prius eum leone decerta set, & nisi eum superasset fauam mellis non inuenisset. Nondum, o Christiane tempus aduenit quiete tua, nec gloriae tuae: hoc enim in caelo suscipium est. Maurus, Arabs, infidelis hic suam gloriam obtinet, & quietem, & semper ad hanc recipendam est paratus: vos autem, qui aeternam speratis & perpetuam laborum praemium, dolorem me cedem, his prius vos ipsos impendite.

Expendit D. Augustinus illa Davidis verba in persona Christi prolata: *Tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam.* Loquitur, inquit ille, xteroo Patri, & ait: tu Pater mihi xterea tua de reuisti sententia (hoc est *Cognouisti*) humilitationis meae tempus pariter & glorificationis: *Sessionem meam & resurrectionem meam, quid hic sessio? quid hic resurrectio? qui sedet, humiliat se sed. ergo Dominus in Passione surrexit in resurrectione. tu inquit, hoc cognouisti, id est, tu uoluisti, tu approbasti secundum*

II.
Que fuerint in Christo posteriores gloriae.
1. Pet. 1. 11.

2 Lib. de corona Militis cap. 14.
Ep. 27.
Mansio 25. To. 1. c. 24. 27

Ps. 35. 11.
Christi resurrectionem praecessit eius sessio, id est humilitatio.